gratia dicens Quo declinauit dilectus tuus abire et declinare dilectus d
non quod eos quos iam acquisierat derelinquat et alios illis preferat sed
quia diuinitus ubique presens sit alios sibi sociandos abire et declinare
ut quos iam sibi quesierat hos nunc suscepta gratia confirmet Et que-
remus eum tecum . i. pro posse nostro laborabimus inuestigare eum tecum alio-
quin si absque te quereremus non eum inueniremus ut nos filias con-
putaremur. vel aliter ut sit dictum nunc abiit et declinauit secundum vim
et potestate videlicet Abire autem deus eo quod sit ubique presencia potencia
et substancia quia licet eum secundum opera sua uiuidis attendimus tamen
inuenta ineffabilem dei magnitudinem cognoscere non valemus quia
magnitudinis eius non est finis Maior enim cognicio que in presenti
de deo haberi potest est secundum opera eius Cum ergo a nobis quantum ad
suam incomprehensibilitatem abeat tamen ad nos per suam misericordie
graciam declinat et licet plenam dei noticiam non habeamus tamen saltem
opera misericordie animus attendere desideremus Explicit liber canticorum

Explicit liber canticorum

# Ecclesiasticus

Ecci cm

Omnis sapiencia a domino deo est / ecclesiasticus et ecclesiastes idem valent
est / qui congregator uel collector interpretatur sicut ille rationator
s. ecclesiastes ad extremum defertur et ad quemlibet predicatorem / ecclesiasticus
qui propter excellenciam dicitur suarum primatum . i. omnium dicitur capite appellatur
cuius tanta claritas tanta quoque sublimitas est ut ipse sibi commendata sit Omnis sa-
piencia etc. Incipit ab eterna dei sapiencia que Christus est qui eum pre-
est tempora ante secula secundum illud In principio erat verbum et verbum erat
apud deum etc. A domino deo est quia Christus fons vite lux vera de
patre nascitur et omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Omnis quippe hec sapiencia rerum interioribus ambulabat et nescit quo vadat
sapiencia enim huius mundi stulticia est apud deum et precedenti causis moro
Harenam maris et pluuie guttas et dies seculi quis dinumerauit corporalia
spiritualibus comparat ut per difficillimos quod omnino impossibile est
estimetur Sicut enim hec que nec certo numero et mensura et pondere condita pre-
nemo potest dinumerare quanto minus sapienciam dei sine initio et
sine fine determinabilem inestimabilem potest inuestigare Prior omnium
creata est sapiencia etc. Secundum humanitatem mediator dei patris scilicet pro sa-
lute generis humani predestinata est incarnari secundum quod enim quod propter eter-
nitatem persone aliquando Christus dicitur genitus aliquid creatum Fons
sapientie verbum dei in excelsis Origo enim omnis sapiencie a verbo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-833/0098
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt